ac fregit. et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et cognouerunt eum. et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia. et aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadem hora regressi sunt in iherusalem. et uenerunt congregatos undecim et eos qui cum ipsis erant dicentes: quod resurrexit dominus uere. et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in uia. et quomodo cognouerunt eum. in fractioe pais.

**I**n illo tpe. Sicut serua terna Secundum lucam ihesus in medio discipulorum suorum. et dixit eis Pax uobis. Ego sum. nolite timere. Conturbati uero et conterriti. estimabant se spiritum uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis. et cogitationes ascendunt in corda uestra. Videte manus meas et pedes: quia ego ipse sum. Palpate et uidete: quia spiritus carne et ossa non habet. sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pro gaudio. dixit habetis hic aliquid quod manducetis. At illi obtulerunt ei panem pisces assis. et fauim mellis. Et cum manducasset coram eis. summas reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. h sunt verba que locutus sum ad uos cum adhuc es



sem vobiscū: quoniā necesse ē impleri oīa que  
 scripta sūt in lege moysi et pphens ⁊ psalmis  
 de me. Tūc aperuit illis sensū vt intelligerent  
 scripturas: et dixit eis Quoniā sic scriptū est  
 et sic oportebat pati xp̄m. et resurgere a mor-  
 tuis die tertia: et p̄dicari in noīe ei⁹ penitentiā  
 et remissionē peccatorū: in omēs gentes. **sera**

**I**n illo tpe. Manifestauit se **q̄rta. S̄ iohannē**  
 uerū **ihesus** ad mare tiberiadis. Manifestauit  
 autē sic. Erāt simul symon petrus et thomas  
 qui dicit̄ didim⁹. et nathanael qui erat a cha-  
 na galilee ⁊ filij zebedei: et alij ex discipulis  
 eius duo. Dicit eis symon petrus Vado pesca-  
 ri. Dicūt ei Venim⁹ et nos tecū. Et exierūt et as-  
 cenderūt in nauē: et illa nocte nichil prin-  
 diderūt. Mane autē iam facto stetit **ihesus**  
 in litore: nō tamen cognouerūt discipuli quā  
**ihesus** est. Dixit ergo eis **ihesus** Pueri nūquā  
 pulmentariū habētis. Responderūt ei Non.  
 Dixit eis Omite in dexterā nauigij rete: ⁊ i-  
 uenietis. Miserūt ergo: et iā non valebāt illud  
 trahere p̄r multitudinē pisciū. Dicit ergo di-  
 scipulus ille quē diligebat **ihesus** petro Do-  
 minus est. Symon petrus cū audisset quia do-  
 minus ē tunica succinxit se: erat enī nudus:



et misit se in mare. **A**ly autē discipuli na-  
 uigio uenerūt. **N**on enī longe erant a trā,  
 sed quasi cubitis ducentis: trahentes retē  
 pisciū. **U**t ergo descenderūt in terrā uide-  
 rūt prunas positas: et piscem suppositū et  
 panē. **D**icit eis **i**hesus. **A**fferite de piscibus:  
 quos prendidistis nūc. **A**scendit symon pe-  
 trus et traxit rete in terrā pleniū magnis pi-  
 scib⁹: centū quinquagintā tribus. **E**t cū tanti ef-  
 sent: nō est scissū rete. **D**icit eis **i**hesus. **V**eni-  
 te prāndete. **E**t nemo audebat discūbentiū  
 interrogāre tū quis es: scientes quia dñs  
 est. **E**t uenit **i**hesus et accepit panē et de-  
 dit eis: et piscē similiter. **H**oc iā tercio  
 manifestatus ē **i**hesus discipulis suis: cū  
 resurrexisset a mortuis. **F**eria quīta. **S**ed⁹  
**I**n illo tpe: **M**aria stabat ad monū **i**ohannē  
 mentū foris plorans. **U**ū ergo fletit inclina-  
 uit se: et p̄spexit in monū mentū. **E**t uidit  
 duos angelos in albis sedētes: vnū ad cap⁹  
 et vnū ad pedes. ubi positū fuerat corpus  
**i**hesū. **D**icūt ei illi. **M**ulier: quid ploras?  
**D**icit eis. **Q**uia tulerūt dñm meū: et nesci-  
 o ubi posuerūt eū. **H**ec cū dixisset cōuer-  
 sa ē retrorsū: et uidit **i**hesum stantem. et



non sciebat quia **ihesus** ē. Dicit ei **ihesus**.  
Mulier: quid ploras? Quē queris? Illa autē  
estimās quia ortulan⁹ esset: dicit ei Dōne:  
si tu sustulisti eū dicitō m̄ vbi posuisti eū:  
et ego eū tollā. Dicit ei **ihesus** Maria Couer-  
sa illa: dicit ei Rabbōm: qđ dicit magister.  
Dicit ei **ihesus** Noli me tangere. Nondū enī  
ascendi ad patrē meū. Vade autē ad fratres  
meos: et dic eis. Ascendo ad patrē meū et  
patrē vr̄m: deū meū et deū vr̄m. Venit  
maria magdalene nūtiāns discipulis qđ  
vidi dñm: et hec dixit michi. **seruata.**

**I**n illo tpe. Undecim disci. **Sedm̄ mathēū**  
puli abierūt in galileā: ī montē vbi consti-  
tuerat illis **ihesus** et videntes eū adoraue-  
rūt: quidam autē dubitauerūt. Et accedēs  
**ihesus**: locut⁹ ē eis dicens. Data ē michi om̄s  
potestas: in celo et in terra. Tunc ergo do-  
cite om̄es gentes: baptisantes eos in nōie  
patris et filij et sp̄itus sancti: docētes eos  
seruare om̄ia quecūq; mandauī vobis.  
Et ecce ego vobiscū sum om̄ib⁹ dieb⁹: usq;  
ad cōsumationem seculi. **Sabbato. Sedm̄**


**I**n illo tpe. Vna sabbati maria **iōhannem**  
magdalene venit mane eū adhuc tenuit



bre essent ad monumētū: et vidit lapidē  
 sublatū a monumēto **C**ucurrit ergo et ve-  
 nit ad symonē petrū et ad aliū discipulū  
 quem amabat **ihesus**: et dicit eis **T**ulerūt  
 dñm de monumēto: et nescim⁹ vbi posu-  
 erūt eū **E**xit ergo petr⁹ et ille aliū disci-  
 pulus: et venerūt ad monumētū **C**urre-  
 bāt autē duo simul: et ille aliū discipulus  
 p̄cucurrit cicius petro. et venit p̄m⁹ ad mo-  
 numentū **E**t cū se inclinasset vidit linthe-  
 amina posita: nō tamen introiuit **V**enit  
 ergo symon petrus sequēs eū: et introiuit  
 in monumētū **E**t vidit lintheamina posi-  
 ta: et sudariū qđ fuerat sup caput ei⁹ non  
 cū lintheaminib⁹ positū. sed separatū inuo-  
 lutū in vñū locū **T**ūc ergo introiuit et ille  
 discipulus qđ venerat p̄m⁹ ad monumētū:  
 et vidit et credidit **N**ondū cū sciebāt sc̄ptū-  
 ras: qđ oporteret eū a mortuis resurgere.  
**I**n illo tpe: **C**um esset sero **I**n octā pasche &  
 die illo vna sabbatorū. et fores esset **iōhē** in  
 clause vbi erāt discipuli congregati p̄pter  
 metū iudeoy: venit **ihesus** et stetit in me-  
 dio. et dicit eis **P**ax vobis **E**t cū hoc dixisset:  
 ostendit eis man⁹ et latus **G**ausi sūt ergo



discipuli: visō dñō Dicit ergo eis itē Pax  
vobis Sicut misit me pater: et ego mitto  
vōs Hoc cū dixisset: insufflauit et dixit  
Accipite spiritū sc̄m Quoz remiseritis pec-  
catā remittūtur eis: et quoz retinueritis  
retenta sūt ¶ Thomas aut̄ vn⁹ de duodecī  
qui dicit didim⁹: nō erat cū eis qñdo ve-  
nit **ihesus** Dixerūt ergo ei alij discipuli  
Vidimus dñm Ite aut̄ dixit eis Nisi vide-  
ro in manib⁹ eius fixurā clauoz. et mit-  
tā digitū meū in locū clauorū. et mittam  
manū meā in latus ei⁹: nō credā. Et post  
dies octo iterū erāt discipuli ei⁹ intus: et  
thomas cū eis Venit **ihesus** ianuis clausis  
et stetit in medio: et dixit eis Pax vobis De-  
inde dicit thome Infer digitū tuū huc  
vide man⁹ meas. et affer manū tuā et mit-  
te in latus meū: et noli esse incredulus sed  
fidelis Respondit thomas: et dixit ei Dñs  
meus: et d̄s meus Dicit ei **ihesus** Quia vidi-  
sti me credidisti: beati q̄ nō viderūt et cre-  
diderūt Multa quidē et alia signa fecit  
**ihesus** in conspectū discipuloz suoz: q̄ nō  
sūt scripta in libro hōc Hec autē scripta sūt  
vt credatis q̄a **ihesus** ē filius dei: et vt cre-



denes vitam habēatis: in noīe ipsius **Oratio**

**D**esta quīs om̄ps deus: vt qui pascha-  
lia festa peregrin? hec te largiente  
morib? et vita teneam? Et fa: **L do. Dñica**

**I**n illo tpe: **p̄ma p̄ octāz pasche. S iohem**

**Dix̄ ihesus d. s. Ego sum pastor bonus  
Bonus pastor: animā suā dat p ouib?**


**M**ercenarius at̄ et q̄ non ē pastor: cui?  
non sūt oues, pprie videt lupū venientē: et  
dimittit oues et fugit Et lupus rapit: et disp-  
git oues Mercenari? autē fugit quia mercē-  
nari? ē: et non p̄tinet ad eū de ouib? Ego sū  
pastor bon? Et cognosco meas: et cognoscut  
me mee Sicut nouit me pater et ego agno-  
sco patrē: et animā meā pono pro ouib? me-  
is Et alias oues habeo q̄ non sūt ex hoc ou-  
li: et illas oportet me adducere. et vocē me-  
am audient Et fiet vnū ouile: et vn? pastor

**D**eus q̄ in filij tui huīlitate **Oratio**  
lacentē mūdū crexisti. fidelib? tuis  
ppetua concedere leticiā: vt q̄s ppetue mor-  
tis eripuisti casib? gaudijs facias sempiter-  
nis perfrui: Et famulos t: **Per eundē do**  
**Dñica secunda post octauā pasche. Iohem**  
**sanchi euangeli: secūdu iohannem**



In illo tēp: dix̄ **ihesus** d. f. Modicū et iā nō  
videbitis me: et iterū modicū et videbi-  
tis me quia vado ad patrē. Dixerūt ergo  
discipli ei⁹ ad inuicē **Quid ē hoc** qd dicit  
nob̄ modicū z nō videbitis me. et iterum  
modicū z videbitis me. z q̄a vado ad pa-  
trē. Dicebant ergo **Qd ē h̄** qd dicit modi-  
cū. Nescim⁹ quid loq̄t. Cognō aut̄ **ihesus**  
q̄a volebāt eū interrogare: z dixit eis de  
hoc queritis inter vos q̄a dixi modicū z  
nō videbitis me: z iterū modicū z videbi-  
tis me. Amen̄ an̄t̄ dico vobis: q̄a plora-  
bitis z flebitis vos. mūd⁹ autē gāudebit  
vos autē cōtristabimī: sed tristitia v̄r̄a ver-  
tet̄ in gaudiū. Mulier cū parit tristitiam  
habet: q̄a veit̄ horā ei⁹. Cū autē pepererit  
puerū. iā nō meminit pressurē pp̄t̄ gaudi-  
ū: q̄a natus ē homo in mūdū. Et vos igit̄:  
nē quidē tristitiā habetis. Iterū autē vide-  
bo vos: z gaudebit cor v̄r̄m. Et gaudiū ve-


**D**eus q̄ **Oratio** strū: nēo tollet a vobis  
eriantib⁹ vt in viā possint redire  
iusticie. veritatis tue lumē ostendis: da  
cūctis q̄ xp̄iana p̄fessione cēsant̄ et illa it-  
spuere que huic inimica sūt nōini. et ea



que sūt ap̄ta sc̄etari: Et fa: *P do. Dñica tertia*

*¶* **I**te: *di. ihesus d. s. post octāz pasce. § iohem*  
**V**ado ad cū qui me misit: et nemo ex vob̄  
 īterrogat me quō vadis § q̄a hec locutus  
 sū vobis: tristitia impleuit cor v̄r̄m Sed e-  
 go veritatē dico vob̄: expedit vobis vt ego  
 vadā § si cū nō abiero paraclit̄ nō veniet ad  
 vos § si aut̄ abiero: mittā cū ad vos Et cū vene-  
 rit: ille arguet mūclū de peccato. et de iusti-  
 cia. et de iudicio *De peccato quidē: q̄a nō cre-*  
*diderūt in me De iusticia vero: q̄a ad patrē*  
*vado. et iā non videbitis me De iudicio aut̄:*  
*q̄a p̄r̄iceps mūdi hui' iā iudicat̄ est. Adhuc*  
*mlta habeo vob̄ dicere: sed n̄ potestis portare*  
*modo Cū autem venerit ille sp̄s veritatis: do-*  
*cebit vos omniē veritatē Non cū loquet̄ a se*  
*metipso: sed quēcūq; audiet loq̄tur. et q̄ ven-*  
*tura sūt anūtiabit vobis **Luc me clarificab̄:***  
*q̄a de meo accipiet: et anūtiabit vob̄ **Oratio***

**D**eus q̄ fidelium mētes vnus efficit vo-  
 lūtatis. da populis tuis id amare qd̄  
 precipis. id desiderare qd̄ p̄mittis: vt inter  
 mūdanas varietates ibi nr̄a fixa sint corda.  
 vbi vera sunt gaudia: Et fa: *Per dñm nr̄m.*  
*Dñica quarta p̄ octāz pasche § iohannem*




**N**ullo tpe: dixit **ihesus** d. s. Amen amen dico vo-  
bis: si quid petieritis patrem in nomine meo. da-  
bit vobis **vsq;** modo non petistis quicquam in  
nomine meo **P**etite et accipietis: ut gaudium  
vrum sit plenum **H**ec in puerbijs locutus sum  
vobis **V**enit hora cum iam non in puerbijs loquar  
vob: sed palam de patre annuntiabo vobis **I**llo die  
in nomine meo petetis **E**t non dico vobis: quia e-  
go rogabo patrem de vobis **I**pse enim pater a-  
mat vos: quia vos me amastis et credidistis quod  
a ego a deo exiui **E**xiui a patre: et veni in mun-  
dum **L**iterum relinquo mundum: et vado ad patrem  
**D**icunt ei discipuli ei? **E**cce nunc palam loquaris: et  
puerbiu nullu dicitis **N**unc scimus quia scis omnia:  
et non opus est tibi. ut quis te interroget **I**n h-  
credimus: quia a deo existis **Oratio**


**D**eus a quo bona cuncta procedunt lar-  
gire supplicibus tuis: ut cogitemus te  
inspirante que recta sunt. et te gubernante eadem  
faciamus: Et factus est **In letania. Scdm lucam**  
**N**it: dixit **ihesus** d. s. Quis vrum habebit ami-  
cum et ibit ad illum media nocte et dicet illi. ami-  
ce comoda mihi tres panes. quonia amicus meus  
venit de via ad me et non habeo quod ponam an-  
te illum. et ille deintus respondens dicat. noli



michi molestus esse. iam ostiū clausū est ⁊ pu-  
 eri mei mecum sūt in cubili. non possū surgere  
 et dare tibi. **Et** ille si p̄seuerauerit pulsans:  
 dico vobis et si nō dabit surgēs eo q̄ amic⁹  
 eius sit. p̄pter improbitatē tamē eius surget.  
 et dabit illi quocūq̄ habet necessarios **Et** ego  
 vobis dico **Petite:** et dabitur vob̄ **Querite:**  
 et iuenietis **Pulsate:** et aperietur vobis **Dis**  
 enī q̄ petit accipit: et q̄ querit iuenit. et  
 pulsanti aperietur **Quis autē** ex vobis pa-  
 trē petit panē. nūquid lapidē dabit illi. **Aut**  
 piscem: **nūquid** pro pisce serpentē dabit illi.  
**Aut** si peccerit ouū: **nūquid** porriget illi  
 scorpionem. **Si** ergo vos cū sitis mali nostis  
 bona dare filiis vris: quāto magis p̄r  
 vester de celo dabit spiritū bonū: petētib⁹ se-  
**nit:** **Subleuatis** **In vigi ascēsiōis dō. S ioh̄ez**  
**ihesus** oculis in celū dix̄ **Pater.** venit hora:  
 clarifica filiū tuū vt fili⁹ tu⁹ clarificet te  
**Sicut** dedisti ei potestatē om̄is carnis: vt  
 om̄e qd̄ dedisti ei. det eis vitā eternā **Hec**  
 ē autē vitā eterna: vt cognoscat te solū verū  
 deū ⁊ quē misisti **ihesum xp̄m** **Ego** te clari-  
 ficauī sup̄ terrā: opus cōsūmāui qd̄ dedi-  
 sti m̄ vt faciā **Et** nē clarifica me tu pater



apud temetipsū: claritate quā habui  
p̄ usq; mūd' esset apud te Manifestauit no-  
men tuū hōib': q̄s dedisti m̄ de mūdo.  
Tui erāt et m̄ eos dedisti: et sermonē tuū  
seruauerūt. Nūc cognouerūt q̄a oīa que  
dedisti michi abs te sūt: quia uerba que  
dedisti m̄ dedi eis. Et ip̄i acceperūt ⁊ cogno-  
uerūt uerē q̄a a te exiui: et crediderūt q̄a  
tu me misisti. Ego p̄ eis rogo n̄ pro mūdo  
rogo: sed p̄ his quos dedisti m̄ q̄a tui sūt.  
Et mea om̄ia tua sūt: ⁊ tua mea sūt: et clari-  
ficat' sūt in eis. Et iam n̄ sūt in mūdo: et hi  
in mūdo sūt: et ego ad te uēio. **In die sc̄o.**  
**In illo tpe:** Recūbentib' undecim **S' marcū**  
discipulis apparuit eis **ihesus:** et expbra-  
uit incredulitatē illoꝝ ⁊ duriciā cordis. q̄  
a his qui uiderāt eū resurrexisse nō credi-  
derūt. Et dixit eis **Euntes in mūdū uniuersū:**  
predicāte euāgeliiū om̄i creaturē. Qui  
crediderit et baptisat' fuerit: saluus erit.  
Qui uerō nō crediderit: condemnabit'. **Si-**  
**gna autē eos qui crediderūt: hec sequētur.**  
**In noīe meo demōnia eicient: linguis lo-**  
**quētur nouis. serpentes tollet. Et si mortifē-**  
**ferū quid biberit: non eos nocebit.** Super




egros man<sup>9</sup> imponēt: et bene habebunt  
 Et dñs quidē **ihesus** postq; locut<sup>9</sup> ē eis as-  
 sūptis ē in celū: et sedet a dextris dei. **Iu**  
 autē pfecti p̄dicauerūt ybiq;: dñō coope-  
 rante ⁊ sermonē cōfirmante: sequētib<sup>9</sup> si-

**C**oncede quīs om̄ps **Oratio** Ignis  
 deus: vt q̄ hodierna die vnigeni-  
 tū tuū redēptorē nr̄m ad celos  
 ascendisse credim<sup>9</sup>. ipsi quoq; mēte ī celesti-  
 bus habitem<sup>9</sup>: Et fa: **R. cū d. De dñica infra oc-**  
**tauam** Cū venerit paraclit<sup>9</sup> **Requie** īfra Tri-  
 nitatis **Sz de octā et in octā ascēsiōis euāḡlīn**  
**et orō vt in die scō In vigilia p̄thecostes.**

**I**n illo tpe: dixit **ihesus** d. s. Si diligi<sup>9</sup> **S. iōhannē**  
 tis me mandata mea seruate: et ego rogabo  
 patrē et aliū paraclitū dabit vobis. vt ma-  
 neat vobiscū in eternū. sp̄m veritatis quē  
 mūdus nō potest accipere: q̄a nō videt eū  
 nec scit eū **Vos** autē cōgnoscetis eū: q̄a apud  
 vos manebit et in vobis erit **Non** reliquā  
 vos orphanos: veniā ad vōs **Adhuc** modi-  
 cū: et mūd<sup>9</sup> iā me nō videt **Vos** autē videtis  
 me: q̄a ego viuo et vos viuetis **In** illo die  
 vos cognoscetis q̄a ego sū in patre meo: ⁊ vos  
 in me. et ego in vobis **Qui** habet mandata



mea et seruat ea: ille ē qui diligit me. Qui autē  
diligit me: diligitur a patre meo et ego dili-  
gā eū: et manifestabo ei meipsum. **In die scō**  
**In** ill' tpe: dixit **ihesus** d. s. **Si quis** scdm iohāne  
diligit me sermonem meū seruabit: et pa-  
ter meū diliget eū. et ad eū veniem'. et mā-  
sionē apud eū faciem'. Qui nō diligit me: ser-  
mones meos nō seruāt. et sermonē quē au-  
distis non ē me': sed ei' qui misit me patris  
**hec** locutus sū vobis: apud vos manēs. Para-  
clitus autē spiritus sanctus quē mittet pater  
in noīe meo. ille vos docebit omnia: et sugge-  
ret vobis oīa quecūq; dixero vobis. **Pacē** re-  
linq; vobis: pacē meā do vobis. **Nō** quomō-  
mūdus dat: ego do vobis. **Non** turbet cor ve-  
strū: neq; formidet. **Audistis** quia ego dixi  
vob: vado et venio ad vos. **Si** diligeretis me  
gauderetis vtiq; qā ad patrem vado: qā pater  
maior me ē. et nē dixi vobis priusq; fiat: ut  
cū factū fuerit credatis. **Iā** nō multa loq; vo-  
biscū. **Veit** cū princeps mūchi hui': et i me nō ha-  
bet qēq;. **Sed** vt cognoscat mūchus qā diligo pa-  
trē: et sicut mandatū dedit michi pater: sic fa-  
ciat. **Oratio** cio  
da fidelium sancti spūs illustratione



docuisti: da nobis in eodē spū recta sapere  
 et de eius semp cōsolatione gaudere: Et  
 fa: P do. ī vnitatē eiusdē. *feria scda 8 iohān*

**I**n illo tpe. dix̄ *ihesus* d. s. Sic d's dilexit *nem*  
 mūdū vt filiū suū vnigēitū daret: vt oīs q̄  
 credit in eū non pereat. s; habeat vitā etnā  
 Non eī misit d's filiū suū in mūdū vt iudi-  
 cet mūdū: sed ut saluet mūdus p̄ ipsū Qui  
 credit in eū: nō iudicat̄ Qui autem nō cre-  
 dit iā iudicatus ē: q̄a nō credit in noīe v-  
 nigeniti filij dei *Hoc ē autē iudiciū: qui-*  
*a lux venit ī mūdū. et dilexerūt hoīes magis*  
*tenebras q̄ lucē. Et cōtē eī eoz mala opera. Oīs*  
*qui male agit odit lucē: et nō venit ad lucē*  
*vt nō arguāt̄ opera ei⁹. Qui at̄ facit veritatē*  
*venit ad lucē: vt manifestetur opera ei⁹: q̄a*  
*in deo facta sūt. *feria tertia. Scdm iohānē**

**I**tem. d. *ihesus*. d. s. Amen amē dico vobis: q̄  
 nō intrat p̄ ostiū in ouile ouū. s; ascendit a-  
 liūde. ille fur ē et latro Qui at̄ intrat p̄ ostiū:  
 pastor ē ouū. huic ostiari⁹ aperit: et oues  
 vocē ei⁹ audiūt Et pprias oues vocat nōina-  
 tim: et educit eas Et cū ppas oues emisit  
 antē eas vadit: et oues illū sequūt̄ q̄a sciūt  
 vocē ei⁹ Alienū autē non sequūt̄ s; fugiūt



ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum. **H**oc  
puerbum dixit eis **ihesus**. Illi autem non cognoue-  
runt: quid loqueretur eis. **D**ixit ergo eis iterum  
**ihesus**. Amen amen dico uobis: quia ego sum  
ostium ouium. Omnis qui quot uenerit fures sunt et lat-  
rones: sed non audierunt eos oues. **E**go sum ostium.  
**P**er me si quis introierit saluabitur: et ingredi-  
etur et egredietur et pascua inueniet. **F**ur non  
uenit: nisi ut furetur et mactet et perdat. **E**go  
ueni ut uitam habeant: et abundantius habeant.

**I**n illo tempore dixit **ihesus** discipulis et turbis. **S**ermonis  
iudeorum. **N**emo potest uenire ad me nisi **iohannes**  
pater qui misit me traxerit eum: et ego resusci-  
tabo eum in nouissimo die. **E**t scriptum est in propheta  
Et erunt omnes docibiles dei. **O**mnis qui audi-  
uit a patre et didicit uenit ad me: non quia  
patrem uidit quisquam: nisi is qui est a deo hic uidet  
patrem. **A**men amen dico uobis: qui credit in me  
habet uitam eternam. **E**go sum panis uitae. **P**atres  
uestri manducauerunt manna in deserto: et mor-  
tui sunt. **H**ic est panis de caelo descendens: ut si quis  
ex ipso manducauerit non moriatur. **E**go sum pa-  
nis uiuus: qui de caelo descendi. **S**i quis manducaue-  
rit ex hoc pane: uiuet in eternum. **E**t panis quem  
ego dabo caro mea est: pro mundi uita.




**I**n illo tpe: **C**ōuocatis **I**hesus duo **scia v̄ s̄ lucā.**  
 decim apostolis. dedit illis virtutē et pote-  
 statē sup om̄ia demōia: et vt languores cu-  
 raret **E**t misit illos p̄dicare regnū dei: et sa-  
 nare infirmos **E**t ait ad illos **N**ichil tuleritis  
 in via: neq; virgā neq; panē. neq; pecuniā.  
 neq; duas tunicas habeatis **E**t in quacūq; do-  
 mū intraueritis ibi manete: et inde ne crea-  
 tis **E**t quicūq; nō receperit vos: exeuntes de  
 ciuitate illa etiā puluerē pedū vestroz excu-  
 te ī testimoniū sup illos **E**gressi autē circuibāt  
 p castella euāgelisantes: et curātes vbiq;

**I**n illo tpe: factū ē in vna **feria sexta. s̄ lucam**  
 dierū: et **I**hesus sedebat docēs **E**t erāt phari-  
 sei sedētes et legis doctores q̄ venerāt ex om̄i  
 castello galilee ⁊ iudce et iherusalē: et virtus  
 erat dñi ad sanandū eos **E**t ecce viri portātes ī  
 lecto hoiēm q̄ erat paralyticus: ⁊ querebant  
 eū inferre. ⁊ ponere ante eū **E**t nō inuenien-  
 tes qua pte illū inferret pre turba. ascende-  
 rūt sup tectū: ⁊ per tegulas submiserūt illū  
 in lecto in mediū ante **I**hesum **Q**uoz fidem  
 vt vidit dixit **H**omo: remittūtur tibi pecca-  
 tā tua **E**t ceperūt cogitare scribe ⁊ pharisei  
 dicētes **Q**uis ē hic q̄ loquit̄ blaffemias. **Q̄s**



potest dimittere peccata nisi solus deus. **U**t co-  
gnouit autē **ihesus** cogitationes eorum: respon-  
dens dixit ad illos **Q**uod cogitatis in cordibus  
vris: **Q**uid ē facile dicere dimittere tibi pec-  
cata. an dicere surge et ambula. **U**t sciat autē  
quia fili⁹ hoīs habet potestatem in terra dimit-  
tendi peccata. ait paralytico **T**ibi dico surge:  
tolle lectum tuum et vade in domum tuam. **E**t confe-  
ssim surgens coram illis tulit in quo iacebat: et  
abiit in domum suam magnificans deum. **E**t stu-  
por apprehendit omnes: et magnificabant deum  
**E**t repleti sunt timore dicentes: quia vidimus mi-  
rabilia hodie **S**abbato. **S**urgens **ihesus** de  
synagoga **h**ecque quinta feria post octiduum. **I**n die  
**I**n illo tempore: dicit **ihesus** dominus. **S**ecundum trinitatis. **S**ed iohannem  
cum venerit paracletus quem ego mittam vobis a  
patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille  
testimonium perhibebit de me. **E**t vos testimonium  
perhibebitis: quia ab initio mecum estis. **H**ec lo-  
cutus sum vobis: ut non scandalisemini. **A**bsque  
synagogis facient vos. **S**ed venit hora: ut omnes  
qui interficiunt vos arbitrentur obsequium se presta-  
re deo. **E**t hec facient vobis: quia non nouerunt  
patrem neque me. **S**ed hec locutus sum vobis: ut  
cum venerit hora eorum reminiscamini: quia ego



**O**mnis sempiternae **Oratio** dixi vobis  
 deus qui dedisti famulis tuis in con-  
 fessione vere fidei eterne trinitatis  
 gloriam agnoscere et in potentia maiestatis  
 adorare unitatem. quesumus: ut eiusdem fidei  
 firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis: **Et**  
**fa: P. dnm In die corporis xpi. S. iohanne**  
 In illo tempore: dixit **ihesus**. d. s. et turbis iudeorum  
 Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est  
 potus Qui manducat meam carnem et bibit  
 meum sanguinem: in me manet et ego in illo **Si**  
 cut misit me viuens pater: et ego uiuo propter  
 patrem **Et** qui manducat me: et ipse uiuet propter  
 me **Hic est panis: qui de celo descendit Non sicut**  
 manducauerunt patres vestri manna: et mor-  
 tui sunt **Qui** manducat hunc panem: uiuet in

deus qui nobis sub **Oratio** eternum  
 sacramento mirabili passionis tue  
 memoriam reliquisti: tribue quoniam ita  
 nos corporis et sanguinis tui sacra misteria  
 venerari. ut redemptionis tue fructum in nobis  
 iugiter sentiamus: **Et fa: Qui uiuis. In dnica 21**  
**octava ut in die scilicet dnica i. p. trinitatis ho qdā erat**  
**diues et iduebat pur dnica scda. S. lucā 11. it. d. =**  
**; homo quidam fecit cenam magnam: et vocauit**  
**= ihesus. d. s.;**



multos et misit seruum suum hora cene dicere  
iuitatis ut veniret: quia iam parata sunt omnia  
et ceperunt simul omnes excusare. **Primus** dixit  
ei **Villam** enim: et necesse habeo exire et videre  
illam. **Rogabo** te: habe me excusatum. **Et alter** dixit  
**Lugam** bouum enim quumque: et eo probare illa. **Rogabo**  
te: habe me excusatum. **Et alius** dixit. **Vxorem**  
duxi: et ideo non possum venire. **Et reuersus**  
seruus: nuntiavit haec domino suo. **Tunc** iratus praefatus  
familias: dixit seruo suo. **Exi** cito in plateas et vi-  
cos ciuitatis: et pauperes ac debiles. cecos  
et claudos introduce huc. **Et ait** seruus. **Domine**:  
factum est ut imperasti: et adhuc locus est.  
**Et ait** dominus seruo. **Exi** in vias et sepes et compelle  
intrare: ut impleatur domus mea. **Dico** autem  
vobis: quia nemo virorum illorum qui vocati sunt:  
**S**ancti. **Oratio**. Gustabit cenam meam  
nomine tuo domine timorem pariter et ad-  
orem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua  
gubernatione destituis. quos in sollicitate  
tuae dilectionis instituis: **Et facta**. **L. do. Omnia**  
**I**n illo tempore: **Grati** appropinquantes **eu**. **S. lucam**  
**ad iherosolimam** publicani et peccatores: ut audi-  
rent illum. **Et** murmurabat pharisei et scribae  
dicentes: quia hic peccatores recipit. et man-



ducat cū illis **Et** ait ad illos parabolā istā dicēs  
Quis ex vobis homo q̄ habet centū ouēs: Et  
si pdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nona-  
gintanouē in deserto. et vadit ad illā que pe-  
ricrat donec iueniat illā: Et cū inuenerit  
eam: imponit ī humeros suos gaudens Et  
ueniens domū: cōuocat amicos et vicinos:  
dicēs illis Congratulamini m̄: q̄a iueni o-  
uē meā que perierat Dico vobis: q̄ ita gau-  
diū erit in celo sup vno peccatore penitētiā  
agente. q̄ sup nonagintanouem iustis qui  
nō indigēt penitētiā **Aut** que mulier habēs  
dragmas decē: Et si pdiderit dragmā vnā:  
nōne accēdit lucernā et euertit domū. et q̄-  
rit diligētē donec iueniat: Et cū inuenerit:  
cōuocat amicas et vicinās dicēs Congratula-  
mini m̄: q̄a iueni dragmā quā pdiderā **Itā**  
dico vobis: gaudiū erit corā angelis dei. su-  
p vno peccatore: penitētiā agente **Oratio**


**P**rotector in te sperantiū deus sine quo  
 nichil ē validū nichil sanctū. multipli-  
 ca sup nos misericordiā tuā: vt te rectore te  
 duce sic transeam⁹ p bona tēporalia. vt nō a-  
 mittam⁹ eterna: **Et fa: L. do. Dñica q̄rta. Luca**  
**I**n illo tpe: dix̄ **Ihesus** d. s. **Estote misericordes:**



ficut ⁊ pater v̄r̄ misericors ē. **N**olite iudicare:  
et nō iudicabim̄i. **N**olite cōdemnare: et non  
cōdenābim̄ini. **D**imittite: ⁊ dimittem̄i. **D**ate:  
et dabit̄ur vobis. **M**ensurā bonā et confertā  
et coagitatā et sup̄fluentē dabūt in sinū  
vestrū. **E**adē quippe mensura qua mēsī fueri-  
tis: remonet̄ur vobis. **D**icebat aut̄ illis ⁊ sili-  
tudine. **N**ūquid potest cecus cecū ducere. **N**ō  
ne ambo in foueā cadūt. **N**on ē discipulus  
sup̄ magistrū. **P**erfectus autē oīs erit: si sit  
sicut magister ei. **Q**uid autē vides festucam  
in oculo fr̄is tui. **T**rabē autē q̄ in oculo tuo  
ē non cōsideras. **A**ut quō poteris dicere  
fratri tuo. fr̄ sine. eiciā festucā de oculo tuo.  
ip̄e in oculo tuo trabē non vidēs. **Y**pocrita:  
eice p̄mū trabē de oculo tuo: et tūc p̄spici-  
es vt educās festucā: de oculo fratris tui. **O**rō

**D**a nobis dñe qūs: vt et mūdi cursus  
pacifice nobis tuo ordine dirigat̄.  
et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur:

**I**t̄ faūlos. **P**do. **O**m̄ica qūnta. **S**c̄d̄m̄ lucam.  
**N**illo tpe. **C**ū turbe irruerēt in **I**hesum vt au-  
dirent verbū dei: ⁊ ip̄e stabat secus stagnū  
genesareth. **E**t vidit duas naues stantēs secus  
stagnū: piscatores autē descēderāt et laua




bant retia. **A**scendēs autē in vnā nauī que ē  
 rat symonis: rogauit eū a terra reducere pu  
 fillū **E**t sedens: docebat de nauicula turbas.  
**V**t cessauit autē loqui: dixit ad symonē **D**uc  
 in altū: et laxate retia vā in capturā **E**t respō  
 dens symon: dixit illi **P**receptor: p totā noctē  
 laborantes nichil cepim⁹: in verbo at tuo la  
 xabo rete **E**t cū hoc fecissent: cōcluserūt pisciū  
 multitudinē copiosam **R**ūpebat autē rete eorū  
**E**t anuerūt focus qui erat in alia nauī: vt ve  
 niret et adiuuaret eos **E**t venerūt et impleue  
 rūt ambas nauiculas: ita vt mergerēt **Q**uod  
 cū videret symon petrus: p̄cidit ad genua **I**esu  
 su dicēs **E**xi a me: quia homo peccator sū dñe  
**S**tupor eī circūdederat eū et omīs qui cū illo  
 erant: in captura pisciū quā ceperat **S**imiliter  
 aut iacobū et iohānem filios zebedei: q̄ erant  
 socij symonis **E**t ait ad symonē **I**esus **N**oli ti  
 mere: et hoc iā hoīes cris capiens **E**t subdu  
 ctis ad terrā nauib⁹: relictis omīb⁹: secuti sunt  
**D**eus qui diligentib⁹ te bo **O**ratio cū  
 na iuisibilia ip̄parasti. infunde cordi  
 bus nrīs tui amoris affectū: vt te in oīb⁹ et  
 sup omīa diligentes. p̄missiones tuas q̄ omē  
 desiderū superat cōsequam⁹: **E**t fa: **P** dñm.



**I**n illo tpe: dixit **Ihesus** d. s. **Unica sexta. S. matheū**  
Amen dico vobis: nisi abūdauerit iusti-  
cia v̄ra pl' q̄ scribarū et phariseoz. nō in-  
trabitis in regnū celoz. Audistis q̄a dictū  
ē antiq̄s: nō occides. Qui autē occiderit: re-  
us erit iudicio. Ego autē dico vobis: q̄a oīs  
q̄ irascitur fr̄i suo. reus erit iudicio. Qui at̄  
dixerit fr̄i suo racha: reus erit cōcilio. Q̄  
autē dixerit fatue: reus erit gehēne ignis.  
Si at̄ offers mun' tuū ad altare. ⁊ ibi reco-  
rdatus fueris q̄a fr̄ tu' habet aliquid adū-  
sū te: relinque ibi mun' tuū ante altare.  
et vade prius recōciliari fr̄i tuo. Et tūc ve-

**D**eus **Oratio** **Unicus**: offeres mun' tuū  
virtutū cui' ē totū qd̄ ē optimū in-  
sere pectorib' nr̄is amorē tui nōis. et pr̄i  
nobis religionis augmētū: vt que sūt bo-  
na nutrias. ac pietatis studio que sūt nu-  
trita custodias: Et fa: **Edo. Dō septiā. S. marciū**

**I**n illo tpe: Cū turba multa esset cū **Ihesu** nec  
haberet qd̄ māducarēt: cōuocatis discipul'  
ait illis **Miseror** sup turbā: q̄a ecce lā tridu-  
o sustinet me nec habēt qd̄ manducet. Et si  
dimiserō eos ieiunōs in domū suā: deficiet  
in via. Quidā eī ex cis de longe venerūt. Et re-



sponderunt ei discipuli sui **V**nde istos poterit  
 quos hic saturare panibus in solitudine: **E**t inter-  
 rogauit eos **Q**uot panes habetis: **Q**ui dixerunt  
**S**eptem **E**t precepit turbe discubere super terram  
**E**t accipiens septem panes gratias agens fregit: et  
 dabat discipulis suis ut apponerent **E**t apposi-  
 erunt turbe **E**t habebant pisciculos paucos:  
 et ipsos benedixit et iussit apponi **E**t mandu-  
 cauerunt: et saturati sunt **E**t sustulerunt quod super-  
 rauerat de fragmentis: septem sportas **E**rat  
 autem quod manducauerunt quasi quatuor mili-

**D**eus cuius pro **O**ratio: et dimisit eos  
 uidentia in sui dispositione non falli-  
 tur. te supplices exoram: ut noxia cuncta sub-  
 moueas. et omnia nobis profutura concedas: **E**t fa: P


**I**n illo tempore dixit **I**hesus **D**ominica octaua **S**ancti matthei  
 d. s. **A**ttēditē a falsis prophetis qui ueniunt ad uos  
 in uestimētis ouium: intrinsecus autē sūt lupi  
 rapaces **A** fructibus eorum cognoscetis eos **N**ūquid  
 colligunt de spinis uuas. aut de tribulis ficus:  
**S**ic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala  
 autē arbor fructus malos facit **N**ō potest arbor bo-  
 na fructus malos facere: neque arbor mala fru-  
 ctus bonos facere **O**mnis arbor que non facit fru-  
 ctum bonum excidetur: et in ignem mittetur **L**ogitur



ex fructib' eor' cognoscetis eos Non omnis qui di-  
cit michi dñe dñe. intrabit in regnū celorū:  
sed qui facit volūtātē prīs mei qui in celis  
ē ipse intrabit: in regnum celorū **Oratio**

**L**argire nobis dñe q's semp spm cogi-  
tandi que recta sūt ppicius et agen-  
di: vt qui sine te esse nō possum'. secūdū te  
vivere valeam': Et fa: **P. do. i vnitatē eiusdē.**

**I**n illo tpe: d. **Ihesus d. f. Omnia nona S' lucam.**  
parabolā hāc **H**omo quidā erat diues: qui  
habebat villicū **E**t hic diffamāt' ē apud illū:  
quasi dissipasset bona illi' **E**t vocauit illū: et  
ait illi **Q**uid hoc audio de tē. **R**edde rationē  
villicationis tue **L**am enī nō poteris villicare  
**A**it aut' villic' intra se **Q**uid faciā q'a dñs me'  
aufert a me villicationem: **F**odere nō valco:  
mendicare erubescō **S**ciō quid faciā: vt cū a  
motus fuero a villicatione. recipiāt me i do-  
mos suas **C**ouocatis itaq; singulis debitori-  
bus dñi sui: dicebat primo **Q**uāntū debes dño  
meo: **A**t illē dixit **C**entū cadōs olei **D**ixitq; illi  
**A**ccipe cautionē tuā: et sede cito scribe quinq;  
ginta **D**e inde alio dixit **T**u vero quāntū debes:  
**Q**ui ait **C**entū chorōs tritici **A**it illi **A**ccipe lit-  
teras tuas: et scribe octoginta **E**t laudauit do-



min<sup>9</sup> villicū iniquitatis quia prudent<sup>9</sup> feciss<sup>9</sup>:  
 q̄a filij hui<sup>9</sup> seculi prudentiores filijs lucis ī  
 generatione sua sūt Et ego dico vobis. Facite  
 vobis amicos de māmōnā iniquitatis: vt  
 cū defeceritis recipiāt vōs: ī etna tabnacula

**D**ateant aures misericordie **Oratio**  
 tue dñe precib<sup>9</sup> supplicantiū: et ut  
 petentib<sup>9</sup> desiderata cōcedas. fac eos que ti-  
 bi sūt placita postulare: Et fa: **L. do. Dñica x̄**

**I**n illo tpe: Cū appropinquāssēt **Scclm̄ lucam**  
**Iherosolus** iherusalem: vidēs ciuitatē fleuit su-  
 p̄ illam dicens Quia si cognouisses et tū Et q̄  
 dem ī hac die tua que ad pacē tibi: nūc autē  
 abscondita sūt ab oculis tuis Quia venient  
 dies in te. et circūdabūt te inimici tui vallo.  
 et circūdabūt te et coangustabūt te vndiq̄:  
 et ad terrā p̄sternent te et filios tuos q̄ in te sūt  
 Et nō relinquet in te lapidē sup̄ lapidē: co-  
 q̄ nō cognoueris tēpus visitatiōis tue Et in-  
 gressus in tēplū: cepit eicere vendentes ī illo  
 et ementes. dicens illis **S**criptū ē: quia dom<sup>9</sup>  
 mea domus orationis ē Vos autē fecistis il-  
 lā speluncā latronū Et erat docēs cotidie: ī  
**D**eus qui oīpotentiā **Oratio** templo  
 tuā parcendo maxime et miseran-



do manifestas. multiplica sup nos gratiã  
tuã: ut ad tua pmissa currentes celestium

**I**n illo tpe: dixit **Ihesus** **vndecima** **sc̃ lucam**  
ad quosdã qui in se cõfidebãt tanquã iusti  
et aspernabant ceteros. parabolã istã **Duo**  
hoiẽs ascenderũt in tẽplũ ṽt orarẽt: vñ  
phariseus et alter publicañ. **Phariseus** stas.  
hec apud se orabat **Deus**. grãs ago tibi: quia  
nõ sũ sicut ceteri hoim. raptores. iniusti. ad-  
ulteri. velut etiã hic publicanus **Leiuo** bis  
in sabbato: decimas do oim que possideo  
**Et** publicañ a longe stans. nolebat nec oculos  
ad celũ leuare: sed percutiebat pectus suũ  
dicens **Deus**: p̃cipius esto m̃ peccatori **Dico** vo-  
bis: descendit hic iustificat̃ in domũ suã  
ab illo **Quia** omnis q̃ se exãltat humiliabitur:  
et qui se humiliat: exaltabitur **Oratio**

**O**m̃ps sempiternẽ d̃s qui abũdantia  
pictatis tue et merita supplicũ exce-  
dis et vota. effunde sup nos misericordiam  
tuã: ut dimittas qd̃ conscientia metuit. et  
adicias qd̃ oratio nõ presumit: **Et** fa: **P do.**


**I**n illo tpe: **Exiens** **Ihesus** **vñca xij** **Scdm̃ marcũ**  
**Ihesus** de finib' tiri venit p̃ sidonẽ ad mare ga-




lilce: per medios fines decapoleos **Et** adductus ei  
 surdus et mutus: et deprecabantur eum ut im-  
 ponat illi manum **Et** apprehendens eum de turba  
 seorsum: misit digitos suos in auriculas eius: et  
 expuens tenuit linguam eius **Et** suspiciens in  
 celum ingemuit: et ait illi **Effeta**: quod est ad apre-  
 rure **Et** statim aperte sunt aures eius: et solutum  
 est vinculum lingue eius: et loquebatur re-  
 cte **Et** precepit illis: ne cui dicerent **Quanto** autem  
 eis precipiebat tantomagis plus predicabant: et  
 eo amplius ammirabantur dicentes **Bene** omnia  
 fecit: et surdos facti audire: et mutos loqui **Oro**

**O**mnipotens et misericors deus de cuius munere  
 re venit ut tibi a fidelibus tuis digne  
 et laudabiliter seruiatur. tribue quibus nobis:  
 ut ad promissiones tuas sine offensione curra-  
 mus: **Et** facta: **Pro** **Evangelia** quatuor temporum require  
 infra per dominicas **Domnica** xiiij. **Secundum** lucam.

**I**n illo tempore: dicit **Iesus** discipulis: **Beati** oculi qui vident  
 que vos videtis **Dico** enim vobis: quia multi re-  
 ges et prophete voluerunt videre que vos vide-  
 tis. et non vident. et audire que auditis et non  
 audierunt **Et** ecce quidam legisperitus surrexit:  
 temptans illum et dicens **Magister**: quid facien-  
 do vitam eternam possidebo? **At** ille dixit ad eum



In lege quid scriptū ē: **Quō legis?** Ille respō  
dens dixit **Diliges dñm deū tuū ex toto cor  
de tuo et ex tota aīa tua et ex oīb' virib' tuis  
et ex oī mente tua: et primū tuū sicut te  
ipm** Dixitq; illi **Recte respondisti** Hoc fac  
et viues Ille autē volēs iustificare seipm: di  
xit ad **ihosum** **Et q's ē me' prim'?** **Suscepit**  
autē **ihesus** dixit **Homo quidā** descēdebat ab  
iherusalē in ihericho: et incidit in latrones  
Qui etiā despoliauerūt eū: et plagis imposi  
tis abierūt semiuiuo relicto **Accidit** at ut  
sacerdos quidā descēderet eadē via: et viso  
illo p̄teriuit **Similit'** et leuita cū esset sec'  
locū et videret eū: p̄transiit **Samaritan'** at  
quidā iter faciens venit sec' eū: et vidēs eū  
misericordia motus ē **Et** appropiās alligauit vul  
nera ei' infundēs oleū et vinū **Et** imponēs  
illū in iumentū suū dixit in stabulū: et cu  
rā eius egit **Et** altera die p̄tulit duos denari  
os: et dedit stabulario et ait **Curā illi' habe:**  
et quodcūq; superogaueris ego cū rediero  
reddā tibi **Quis horū triū videt tibi prim'**  
fuisse illi q' incidit in latrones? **At ille dixit**  
**Qui fecit misericordiā in illū** **Et ait illi** **ihesu**  
**sus** **Vade:** et tu fac similiter **Oratio**




**O**m̄ps sempiternē d̄s da nob̄ fidei  
 spei et caritatis augmentū: et ut mere-  
 amur assequi quod p̄mitis. fac nos amare  
 qđ p̄cipis: Et fa: P̄ do *Euāgelia q̄tuor t̄pm req̄re  
 post dñicas. ¶ Dñica xiiij. Secūdū lucam*

**I**n illo t̄pe: Dū iret *ihesus* in iherl̄m transibat  
 p̄ mediā samariā et galileā Et cū ingrederet̄  
 quoddā castellū: occurrer̄t ei decē viri lepro-  
 si Qui steterūt alonge: et leuauerūt vocē di-  
 centes *Ihesu* preceptor: miserere nr̄i Quos vt  
 vidit dix̄ *Ite*: ostendite vos sacerdotib⁹ Et fa-  
 ctū est dū iret: mūdati sūt *Vn⁹* aut̄ ex illis vt  
 vidit q̄a mūdatus ē: regressus ē cū magna vo-  
 ce magnificans deū Et cecidit in faciem ante  
 pedes ei⁹: gratias agens Et hic erat samaritan⁹  
 Respondēs aut̄ *ihesus* dixit *Nōne* decē mū-  
 dati sūt. Et nouē vbi sūt: Non ē inuētus q̄  
 rediret et daret gloriā deo: nisi hyc aligēnie-  
 na Et ait illi *Surge vade*: q̄a fides tua: te saluū

**C**ustodi dnē q̄s ecclesiā *Oratio* ¶ fecit  
 tuā ppiciatione p̄petua: et quia sine  
 te labitur humana mortalitas. tuis semp̄ au-  
 xilijs et abstrahatur a noxijs. et ad salutaria  
 dirigat̄: Et fa: P̄ dn̄m. *Euāgelia q̄tuor t̄pm re-  
 quire p̄ dñicas. ¶ Dñica xv. S̄ matheum*



**I**n illo tpe: d. **ihesus** d. f. Nemo potest duobus  
doīnis seruire. Aut ei vnū odio habebit et  
alterū diligit: aut vnū sustinebit et alterū  
cōtemnet. Nō potestis deo seruire et mā mone  
Idēo dico vobis: ne solliciti sitis anime vrē  
quid māduccitis. neq; corpori vrō qđ indūa  
mini. **Nōne aīa plus ē quā esca. et corp' plus**  
**quā vestimētū.** Respicite volatilia celi: quo  
nā non serūt neq; metūt neq; congregant  
in horrea. et pater vester celestis pascit illa.  
**Nōne vos magis pluris estis illis.** **Quis autē**  
**vr̄m cogitans potest addicere ad statūrā suā**  
**cubitū vnū.** **Et de vestimento qđ solliciti e**  
**stis.** Considerate lilia agri qmō crescūt: nō  
laborāt neq; nent. **Dico aut vobis: qđ nec sa**  
**lomon in oī gloria sua cooptus ē sicut vnū**  
**ex istis.** Si autē fenū agri qđ hodie ē et cras  
in chibanū mittit deus sic vestit: quātoma  
gis vos minime fidei. **Nolite ergo solliciti**  
**esse dicentes quid manducābim' aut quid**  
**bibem': aut quo operiem'.** **Hec enī omīa**  
**gentes inquirūt.** **Scit enī pater vester: qđ**  
**his omīb' indigetis.** **Querite ergo p̄mū re**  
**gnū dei et iusticiā ei': et hęc omīa: adi**  
**cientur vobis.** **Oratio.** **E**cclēsiā tuā dñe



miseratio cōnuata mūdet et muniat: et  
 q̄a sine te nō potest salua cōsistere tuo semp  
 munere gubnet: Et fa: **Pdo euāgelia q̄tuor  
 tpm req̄re p̄ dñicas. Dñica xvi. euāgelii**  
**Ibat ihesus** in c̄nūtatē q̄ vocat̄ naym. **Oro**

**Q**ua nos q̄s dñe gr̄a semp et p̄ueniat  
 et sequatur: ac bonis operib⁹ iugit̄  
 prestet esse int̄etos: Et fa: **Pdo. Dñica xvij.**


**I**n illo tpe: Cū intraret **ihesus** in do. **S̄ lucam**  
 mū cuiusdā p̄ncipis phariseorū sabbatō  
 māducare panē: et ipsi obseruabāt eum **Et**  
**ecce homo q̄dā ydropic⁹** erat antē illū **Et**  
**respōdens ihesus:** dixit ad legisperitos et  
 phariseos dicēs **Si licet sabbato curare:** At  
 illi tacuerūt **Ipsē vero apprehēsū sanauit e-**  
**um: ac dimisit Et respondēs ad illos dixit**  
**Cui⁹ vrm̄ asin⁹** aut bos ī puteū cadet. ⁊ nō cō-  
 tinuo extrahet illū die sabbatī. **Et nō pote-**  
**rant ad hec responderē illi Dicebat at̄ et ad**  
**īuitatōs parabolā: int̄des quō p̄mos ac**  
**cubit⁹ eligerēt. dicēs ad illos Cū īuitat⁹ fu-**  
**eris ad nuptias nō discūbas in p̄mo loco:**  
**ne forte honoratior te sit īuitat⁹ ab illo. et**  
**ueniens is qui te ⁊ illū vocauit dicat tibi**  
**da huic locū ⁊ tūc incipias cū rubore no-**



uissimū locū tenere Sed cum **o** vocar<sup>9</sup> fueris  
vade et recūbe in nouissimo loco: vt cū vene  
rit q̄ te iuitauit dicat tibi Amice: ascende su  
perius Tūc erit tibi gloria corā simul discūbē  
tib<sup>9</sup> Quia oīs q̄ se exalcat humiliabit: et q̄ se hu

**D**a quīs dñe ip̄lo **Oratio** **Y**milat: exaltabit<sup>9</sup>  
tuo dyabolica vitare cōtagia: et te solū  
deū pura mente sectari: Et fa: **Ed. Euāgelia q̄tu**  
**or tpm req̄re p<sup>9</sup> dñicas** **¶ Dñica xviii S<sup>9</sup> martheū**

**I**n illo tpe: Audientes pharisei q̄ silentiū impo  
suisset **ihesus** saduceis cōuenerūt in vnū: et  
interrogauit eū vn<sup>9</sup> ex eis legisdoctor teptans  
eū **Magister**: qd̄ ē mādatū magnum in lege.  
Ait illi **ihesus** Diliges dñm deū tuū ex toto cor  
de tuo et in totā aīa tua: et in tota mēte tua  
hoc ē maximū et p̄mū mādatū **Secūdū** at:  
sile ē huic Diliges p̄ximū tuū: sic teipm In his  
duob<sup>9</sup> mandatis vniuersa lex pendet ⁊ p̄phete  
**Congregans** aut̄ phariseis: interrogauit eos **ihē**  
**sus** dicēs **Quid** vobis videt̄ de xp̄o: **Cui<sup>9</sup> filius**  
ē: **dicūt** ei **Dauid** Ait illis **Quō ergo dauid** in  
spū vocat eū dñm dicēs. dixit dñs dñō meo  
sede a dextris meis. donec ponā iūmicos tuos  
scabellū pedū tuōꝝ: **Si ergo dauid** vocat eū  
dñm: **quō fili<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> ē.** Et nemo poterat ei respon



dere verbū: neq; ausus fuit q̄sq; ex illa die:

**D**irigat *Oratio* eū ampli' interrogare  
corda nr̄a dn̄e tue misericordiis ope-  
ratio: q̄a tibi sine te placere nō possumus: Et  
faūlost: *P. do. Dñica. xix. Scdm̄ matheum*

**I**n illo t: Ascendēs *Ihesus* ī nauiculā trāssreta-  
uit: et venit in ciuitatē suā Et ecce offerebat  
ei paraliticū: in lecto iacentē Et vidēs *Ihesus*  
fidē illoꝝ: dix̄ paralitico *Cōfide fili: remittū-*  
*tur tibi peccata tua* Et ecce q̄dā de scribis di-  
xerūt intra se *Hic blāssemat* Et cū vidiss; *Ihe-*  
*sus* cogitationes eorū dix̄ *Vt qd̄ cogitatis ma-*  
*la in cordib' vris: Quid ē facilius. dicere di-*  
*mittūt tibi peccata. aut dicere surge z̄ abiula.*  
*Et sciatis aut qm̄ fili' hoīs habet potestātē*  
*in terrā dimittendi peccata: tūc ait paraliti-*  
*co Surge tolle lectū tuū: et vade in domū*  
*tuā Et surrexit: z̄ abiit ī domū suā Videntes*  
*aut turbē timuerūt: et glorificauerunt deū:*  
*qui dedit potestatem talē homib'* *Oratio*

**O**m̄ps et misericors de' vniūsa nobis  
aduersantia ppiciat' exclude: vt mē-  
te et corpore pariter expediti. que tua sūt li-  
beris mētib' exsequamur: Et fa: *P. dn̄m nr̄z*  
*Ihesum xp̄m. Dñica vicesima. S. matheū*



**S**illo tpe: Loquebatur **ihesus** p̄ncipib⁹ sacer-  
dotū et phariseis in parabolis dicens eis **D**ile-  
factū est regnū celorū hōi regi: q̄ fecit nupti-  
as filio suo **E**t misit seruos suos vocare iuita-  
tōs ad nuptias: et nolebāt venire **I**terū misit  
**S**alios seruos dicens **D**icite iuitatis **E**cce pran-  
diū meū parauit: tauri mei et altilia occisa et  
omīa parata. venite ad nuptias **I**lli autē ne-  
glexerūt: et abierūt alius in villā suā. alius  
vero ad negotiationē suā **R**eliqui vero tenuerūt  
seruos ei⁹: et cōtumelias affectos occiderūt  
**R**ex autē cū audisset irat⁹ est: et missis exerci-  
tib⁹ suis pdidit homicidas illos. et ciuitatē  
illorū succendit **T**ūc ait seruis suis **N**uptie  
quidē paratē sūt: sed q̄ erāt iuitati nō fuerūt  
digni **I**te ergo ad exitus viarū: et quoscūq; in-  
ueneritis vocate ad nuptias **E**t egressi serui ei⁹  
ī vias. cōgregauerūt omēs q̄s iuenerūt malos  
et bonos: et implete sūt nuptie discubentū  
**I**ntrauit autē rex vt videret discubentes: et vi-  
dit ibi hōinē nō vestitū veste nuptiali. et ait  
illi **A**mice: quō huc intraisti nō habēs vestem  
nuptiale. **A**t ille obmutuit **T**ūc dixit rex mi-  
nistris **L**igatis pedib⁹ ei⁹ et manib⁹: mitte  
eū in tenebras exteriores **I**bi erit flet⁹ et stri-



dōr dentiū Multi enī sūt vōcātī: pauci vero


**L**argire quīs dnē fidelib' **Oratio** electi  
tuis indulgentiā placat' et pacem:  
vt pariter ab omīb' mūdēt' offensīs: 2 secu-  
ra tibi mente deseruiant: **Et fa: P do. Dñicaxxi**

**N**it: **Grat** qdā regulus: cui' fili' **S iohāne**  
infirmabat' capharnaū hic cū audisset  
qā **ihesus** adueniret a iudea ī galileā. abiit  
ad eū: et rogabat eū vt descēderet et sana-  
ret filiū ei' **Incipiebat** enī mori **Dix** ergo  
**ihesus** ad eū **Nisi** signa et pdigia videritis:  
non creditis. **Dix** ad eū regulus **Dñe**: descēde  
priusq' moriat' fili' me' **Dix** ei **ihesus** **Vade**:  
fili' tuus viuit **Credidit** homo sermōni q'  
dixit ei **ihesus**: et ibat **Lam** at' eo descēdētē.  
serui occurrerūt ei: et nūtauerūt dicentes.  
qā fili' eius viueret **Introgabat** ergo horā  
ab eis: in qua melius habuerit **Et dixerūt**  
ei: qā heri hora septima reliq' eū febris **Co-**  
**gnouit** ergo pater qā illā hora erat: ī qua di-  
xit ei **ihesus** fili' tuus viuit **Et credidit** ipē:

**F**amiliā tuā **Oratio** et domus ei' tota  
q's dnē cōtinua pietate custodi: vt a  
cūctis aduersitatib' te ptegete si libera: 2 in  
bonis actib' tuo nomini sit deuota: **Et fa: P do.**



101  
**N**it: d **I**hesus d. s. **D**nica xxij. **S** matheum  
parabolā hanc **S**ilē ē regnū celoy hōi re-  
gi: q̄ voluit rationē ponere cū seruis suis  
**E**t cū cepisset rationē ponere: oblat⁹ ē ei  
vn⁹ qui debebat decē milia tālēta **C**ū at  
nō haberet vnde redderet: iussit eū dñs  
ei⁹ venūdari ⁊ vxorē ei⁹ et filios. et omnia  
que habebat et reddi **P**rociēs aut serū  
ille: rogabat eū dicens **P**atientiā habe in me:  
et oīa reddā tibi **M**iser⁹ aut dñs serui il-  
lius dimisit eū: et debitū dimisit ei **E**gref-  
sus ille iuenit vnū de cōseruis suis: q̄ de-  
bebat ei centū denarios **E**t tenēs suffoca-  
bat eū dicens **R**edde quod debes **E**t peiēs  
cōserū ei⁹: rogabat eū dicens **P**atientiā ha-  
be in me: et oīa reddā tibi **I**lle aut noluit:  
sed abiit et misit eū in carcerē donec red-  
deret debitū **V**identes at cōserui ei⁹ que  
fiebat cōtristati sūt valde: et venerūt ⁊ nar-  
rauerūt dñō suo oīa que facta fuerat **T**ūc  
vocauit eū dñs su⁹: et ait illi **S**erue nequā:  
omne debitū dimisi tibi. qm̄ rogasti me **N**ō  
ne ergo oportuit et te misereri cōserui tui  
sicut et ego tui misertus sū. **E**t iratus dñs  
ei⁹: tradidit eū tortorib⁹. quo ad usq; redde-



ret vniuersū debitū Sic et pater me<sup>9</sup> cele-  
